

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De veritatibus quibusdam Suauiter cogitandis extra tempora
meditationum in Octiduana Recollectione. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

runt vita; sed non historia res eius gestas continens, sed illa tantum pars, quae de solis virtutibus tractat, vti est liber sextus vita S. Xauerij, & quintus S. Ignatij apud Ribadeneyram, tertius apud Masserium. Alios libros post Exercitia legere poteris, sed tempore Exercitorum hos tantum qui te instruant pro cursu vita spiritualis, iuxta doctrinas S. Patris peragendo, & qui voluntatem tuam accendant ad sancte viendum in Societate. Proderit etiam (ne caput fatiges diuturniore lectione) sedendo, vel deambulando potius, tecum veluti colloqui familiariter hoc vel simili modo, cum summa simplicitate & candore: *Eia anima mea: Ego nunc facio Exercitia, que S.P. Noster instituit, ut per ea ad sanctitudinem extierimus, & post ea, ut sancte viuamus, & non erubescamus Euangelicam perfectionem: Quid ergo debes facere? quid debes emendare? quid perficere? b. Domine Iesu adiuva me, vellem esse bonus, & totus tuus; b. Beatisima Virgo ora pro me; b. Sancte angeli custos succurre mihi. Qualis debet deinceps esse mea ad meditationem preparatio? qualis meditatio? qualis recreatio? cum quibus conuersatio: Hec non simul omnia extra Meditationis tempus examina & scrutafer, sed uno die vnam occupationem tuam, altero die alteram. Ita sine rædio cum fructu totum tempus transiges.*

Exercitorum fine instanti, annota precipuos fructus in scripto, confer de eis cum Superiore, & emenda si quae in te emendanda sunt &c. Nam cum Patre Spirituali dante Exercitia, tempore Exercitorum ages, dum te visibit in ore folito.

CAPVT DECIMVM QVINTVM

De veritatibus quibusdam suauiter cogitandis extra tempus Meditationum in octidiana Recollectione, & aliis temporibus.

Præterea quando lectio & meditatione vel scriptio senseris fatigatum caput, sedendo vel ambulando, suauiter representanti tua infra scriptis veritates, non discutendo circa illas (nisi Dominus suauit suo impulso ad hoc te excitauerit) sed per modum simplicis apprehensionis & reminiscientie, illas veluti aspiciendo, ac si illas legeres in aliquo palatio scriptas sub aliquo emblemate,

166. *Primum. Pluris faciendus est Deus, quam homo. Cur ergo ob respectum huius, illum offendis? Cur non magis Dei gratiam & promotionem prenas & amicitiam, quam talis & talis, qui tibi suppeditat pro purgatoriis penitentia quotidiana materiam?*

167. *Secundum. Proditur in conspectum hominum, non maculas faciem data operas, sed si causa aliquo sit maculata, statim abluis: cur ergo animam deliberate peccando maculas, & sic oculis Dei & Sanctorum te aspiciendum offert,*

& diu ita fædatus in oculis Dei permaneas?

Tertia. Quod quis peccatum veniale est fædus 168. quam fôrdes quaevis & spûcitatæ humanæ, nullâ exceptâ. Cui ergo tam sepe animam reddis in oculis Dei fôrdidam & færentem? Valde enim fætentem teedit animam quod quis veniale peccatum, ut ait S. Macarius Ægyptius, & Deus hom. i. ipse hoc ipsum ostendit P. Ludouico de Ponte visione quadam admirabili, quæ legitur in eius vita, adeò ut visus sit Deus manus tegere nares suas, ne perciperet fætorem ex peccatis venialibus prodeuntem.

Quocirca S. Philippus Nerius propriis natibus perecipiebat tettum fætorem etiam ex peccatis venialibus quibusdam sutorum filiorum spirituallium. Nec mirum. Peccata enim venialia cap. 3. vocantur horrenda scabies, & pustule & sanies, Cas. h. 8. & fôrdes à Sancis, quæ satè sunt res fætidæ, nec Chr. h. possunt benè olere, nisi fortè potis.

Bal. in c. 4. Sanè S. Chrysost. lingua detractionam, tr. Iai. Gr. num, ait, profundere, & os cloacam, latrinam os redere, immò qualibet latrina abominabiliorum. Et alio in Euang. in loco: Detractionem, stercus, appellat. Et S. Asterius, peccati canum. Hinc Archangelus, qui S. Francisca Romanæ à Deo fuit datus, ut ei perpetuò omni tempore assisteret, diu noctuque, Cor. mot. cum aliquis coram illa aliquem defectum, et hom. 3. ad iam veniale, committebat, veluti erubescens, pop. manibus faciem regebat: ut scribitur in vita S. Francisci, secunda, nuper Romæ impressa. Quādo verò ipsa, ob multa negotia & difficultates l. i. c. 14. que occurrabant domi, vel ob rædiū, quod vit. conceperat propter visitationes aliorum, committebat aliquam parvam imperfectionem vel defectum, subito Archangelus abscondebat se, nec se ei ostendebat, donec ipsa cum profunda humilitate peteret veniam à Domino, & ficeret propulsitum cauendi similem defectum. Et ita Archangelus se abscondebat, donec ipsi perfecta resignatione, in Diuum beneplacitum, se disponebat ad ferendam æquo animo curam domus suæ & vitandum rædiū in cura illius perpetuò: etiamsi Deus illam vellet ita fatigari in curis domesticis usque ad diem iudicij. Sie Deus volvit eam esse sine fastidio, quod habebat in curis domus, & in multis conuersationibus, ut se spoliat nimia anxietate, à qua ad solitudinem & secessum trahebatur. P. Ludouico de Ponte cum in visione Deus ostendisset fæditatem peccatorum venialium, etiam videntem ei le præbuit, obturantem nares suas, ne fætorem ex eis prodeuntem odoratu perciperet, ut scribitur in eius vita MS.

Quarto. Si Superior adesse in aliquo loco, et si eum non videres, sed adesse tantum certò crederes, non auderes quicquam facete quod ei displiceret: Cui ergo id audeas, certò fide Diuina credens, Deum tibi adesse, te intueri, & nolle ut illa facias quæ ipse vetuit?

Quinto. Si certò crederes te post unum peccatum 171. deli-

R. t

169.

deliberatè cōmissum, vel post multa indelibera-
ta quotidie à te sine scrupulo magno committi
solita, ob illa in publico foro, spectante totā Ci-
uitate, à carnifice virginis cædendum, omnino
abstineres ab illis. Cur ergò non abstines, certò
credens ea in purgatorio puniri, grauioribus
supliciis, quām hinc virgē & credens spectan-
tis Dei & Sanctorum oculos, magis esse vi-
danos quām ciuium?

172. *Sextū.* Si certò putares, te conuersando vel
semel cum aliquo, qui tibi est occasio vel offendendi
Deum, vel non viuendi sancte & perfe-
cte, te, inquam, ex tali vel momentanea con-
uetatione contracturum morbum aulicum,
vel pestilentiam, tanquam à facie colubri fu-
geres eius conuersationem. Cùm autem pecca-
ta ex illa conuersatione à te committi solita, &
impedimenta tuæ perfectionis, maiora sint
mala, quām morbus aulicus, imò omnes prou-
fus alijs morbi, & mors ipsa, imò, vt Sancti do-
cent, quām poenæ inferni; cur ab illa conuersa-
tione te non subtrahis, etiam si deberes talem
sciom offendere?

Chrys. h.
5. ad pop.
Ausl. l. 5.
cap. 190.
Cath. G.
cap. 20.
24. vita.
Rodet. l. 1.
c. 3. l. 2. c.
25. vita.
num. 5.

173. *Septimū.* Nonne anima & Dei, & tuo, & om-
nium aliorum iudicio, magis curanda est, quām
corpus? Cur ergo non ita solicite quāris ea quae
prosunt animæ (vti sunt merita, gratia apud
Deum, profectus magnus in virtutibus) vti
quāris & optas corpori tuo uestem quām optimam,
cubiculum maximè commodum, cibum
sapidum, & potum meliorem? *Nonne anima plus*
est quām es? Adixit Iudeus tuus futurus. Cur ergo
animam laedit ob escam, & iudicem tuum of-
fendis? *Inordinata certe,* inquit S. Bern. atque irra-
tionalis misericordia est, sterili & infruitivo carnis,
(qua iuxta Domini Verbum non prodest quicquam; &
secundum Apostolum, regnum Dei non possidebit) ad-
implendum inuigilare defderis, & de anime cura sa-
pientis saluberrimum non curare consilium, admonen-
tis atque dicentis: *Miserere anima tua, placens Deo. Bo-*
na misericordia misereri anima tua, nec potest non me-
terri misericordiam quā sit ut placeas Deo.

174. *Octauo.* Deus tibi magis est necessarius & uti-
lior, quām vllus hominum, & te in omnibus re-
bus temporalibus quas appetis, magis per te so-
lum iuuare potest, quām vllus hominum. Cur
ergo non ita quāris Dei gratiam & fauorem,
vt quāris variis industriis fauorem & promotionem
hominum, sēpē etiam cum offensa Dei,
& remorū conscientiæ?

175. *Nonnū.* Minimus gradus gloriæ in cælo, res est
melior & præstantior quām vllum beneficium,
quod posse sperare ab vlo. Cur ergo omittis
quādam Exercitia & opera virtutum, quæ pos-
ses & priuatim & publicè facere, & plurimam
gloriam mereretis apud Deum faciendos, sed ea
omittis, vel ne videaris, vel ne talem vel talem
offendas, aut ei displices cui hac ratione disipli-
cendo, & te vincendo, summopè Deo place-
res, eumq[ue] exhilarares?

176. *Decimū.* Deus & Sancti in diuino lumine, vi-
dent omnia quæ dicas, & facis, & omittis, atque
cogitas, & plures sunt quām illi, qui te & tua
exteriora vident. Si ergo quædam omittis face-
re, vel dicere, ob id tantum: Quid dicerent de
me isti, si hoc facetem vel dicerem? An non
peius est, quid Deus & Sancti dicant de te res
majoris momenti, & pluris à te faciendas, dum
te vident ob respectum humanum erubescere
Euangelium, vt ait Apostolus, & erubescere vit-
tutum actiones, à Deo, & Sanctis in te expeti-
tas, & te pudore vitæ sanctæ, quæ te faceret val-
dè gloriosum in cælo?

177. *Undecimū.* Profectus in sanctitate, qui per vir-
tutes fit, res est præstantior, iucundior & utilior,
Dei & omnium etiam Ethnicorum iudicio,
quām profectus in studiis vel opificiis: Cur ergo
non es æquè saltē sollicitus de profecto in vir-
tutibus quotidianis, sicut es sollicitus de pro-
fectu quotidiano in studiis, vel alia tua oce-
patione? Cur non tam diligenter adhibes media ad
profectum in virtutibus, sicut adhibes ad alia,
cū tamē deberes magis illū curare quām alia?

178. *Duodecimū.* Si nunc resurgentे a mortis li-
miles tui Religiōsi, vel alij, certò credis non vi-
tatueros ea, & eos, quæ & quos tu non vias? Cur
ergo nunc non facis ea quæ resuscitati faceret? &
quæ tu ipse faceres, si fores vnu ex resuscitatis?

179. *Decimotertio.* In hora mortis ultima, omnes et-
iam improbi, nisi sint a Deo inducati & repro-
bati, de rebus humanis & diuinis ferunt recta
iudicia, & sua suorumq[ue] amicorum non bene-
facta & dicta, tunc sine vlo respectu condemnant,
& proponunt se ea vitatueros si convalescer-
tent. Reflecite ergo te ad tua facta & dicta illa,
quæ nunc vel a propria conscientia tua, vel à
Superioribus, vel ab alius magis spiritualibus
improbantur: suntne eorum numeri, quæ in
hora mortis damnatae? & dissuaderes alii, &
quæ te fecisse tunc doleres? Tempestiuè ergo
ea à te reseca, ne moriens, non tam voluntate
quām necessitate ab iis te abstrahas.

180. *Decimoquarto.* Damnatur merito canis Alop-
epici electio, dum visa in aqua carnis umbra, eam
cupiens arripere, carnis quod in ore tenebat
fructum amisi. Tu damnandus es magis, qui
ob spem alicuius solatioli, vel ob metum alicuius
humiliationis, vel ob gustum alicuius
commodi quo frueris, omittis, vel decurtas orationem,
aut alicuius virtutis exercitium, quod
Dei & tuo & aliorum iudicio scis esse præstan-
tius & plus quam carnem, respectu umbra car-
nis. Erubescere imitator canis Alopis, & illo
stultior, quia moribus bonis in te tibi utilioribus,
& magis necessariis, & sapius, quām ille
canis fecerit, te priuas.

181. *Decimoquinto.* Minimus gratiæ & meriti gra-
duis qui acquiritur per quodvis opus bonū, sine
vlla obligatione legis, spontanè factum omnium
Christianorum, etiam improborum, iudicio, est
maius

184.
Rom. f.
19.

185.
Psal. 118.
Aug. 6.
al. fieri
Cath. 4
tom. 1.
Bib. SS.

186.
Dion. c.
& 4. diu.
dom.
Aug. 1.
Tin. c.
10 & 1.
c. 16. &
u. 34. &
7. 4. 10.

187.
Amb. 1.
de Sp. f.
4 & 5. En.
L. 1. En.
Th. 0. 1.
P. 9. 43.
Bib. ale.

inatus quid omnibus lucris ditissimorunt mercatorum, & omnibus thesauris totius mundi simul sumptis. Sicut ergo mercator, & quius alius secularis, si sciret se affeceturum saltet. vnum millionem aurum, quous opere pio supererogationis, perpetuò se impenderet talibus operibus, sine illo aliorum, qui id itinprobarent, vel irridenter, respecto; cur tu idem non facis, ut congreges lucra spiritualia & thesauros meitorum, cum credas eos esse maiores omnibus huius vita thesauris?

ter, & substantialiter ita anima iusti, dicit ei gratia sanctificatis insuaditur, ob bonum vnum membr. 4. Sacra habent alicuius, vel aliud opus superernat. a. i. Alij in rale. Quanta ergo est caccias & imprudentia 16. Suar. omittite acquisitionem Dei maiorem, ob rem 1. 12. Trin. frigolam, aut ob boni opertis omissionem: Non c. 8. nunc Dei substantia infinites tibi est vitior, & magis necessaria, quam omnia bona & solatia Valent. va. Cor. creatar. Erubescere contemptor Dei, Deo anteponens solatiolum tuum, quod tibi & in hac & in Per. 2. altera vita valde nocebit. Naz. or. 1. in Julian.

CAPUT DECIMVM SEXTVM.

Describitur homo p̄e renouatus, & imitans proponitur, in Octiduana Recollectione & ante ac post illam.

Quoniam vero finis meditationum, est re-nouatio nostri, principiū interna, sed ex qua sequitur etiam renouatio exterioris hominis, praestat videre quomodo describat B. Laur. Iust. renouatum Sponsam Verbi: *Fundamentum, inquit, totius exterioris hominis, mentis est qualitas* 188. *l. de casto connub. c. 21. col. 6.* non aliter foris conuersatur homo, quam intus maneat. Nam si circumspecta sit mens apud se, sicut & exteriora ordinatae disponit, si vero lubrica, & absque rationis iudicio, solum praecepit voluntate, latere non valeat. Negotia namq; exteriora & sermo incoepitus, improuida anima testimonia sunt. Proinde sponsa Verbo placere concupiscentia, omne suamentis flatum sapientia regulis concipit & ordinat. Hinc est quod ipsius verba prudentiam sapient, & ratione fundata sint. Nil ex eius ore murmuratis, nil fraudis, nil elationis egreditur. Parca profusa sale, condit a sanctissima eloqua, ita ut penitentia irreprehensibilia sint. Opera quoque eius lance aquitatis, & consideratione virtutis sunt facta, singularitatis notæ fugit, precipitationem deuitat, mores in compositis non sequitur, & sic conuersari satagit, ut nemini nocet, nulli onero, nulli negotio, odio, si sit unde fit, ut vniuersis amabilis reddatur omnibus cara, & cunctis benivolâ, atq; ipsius vita proponatur ad imitationis exemplum. Ita namq; spiritualia operatur Exercitia, non ut propriam adipiscatur gloriam, aut humanos capiet fanores, sed pro honore Dei, pro amore sponsi & pro edificatione proximi. Proinde tam ardenter prudenterq; Dei in se sedula est custodire imaginem. Agnoscat quide rationalem se esse, & per hoc Verbi gerere similitudinem, sedem esse Sapientie, & veritatis illustrari lamine &c. Quod anima in amore sponsi seruentior est, eo se minime col. vlt. diligat propter se, tota se diligit in sponsa, munda se seruat sponsa. Dilecti honorum zelati: & quicquid Verbi potest deformare imaginem, vehementer abhorret &c. Proinde que legitima est sponsa, & qua non dicunt, sed gaudere in vero sensu, & in suorum praeorditis desideriorum, quam suavis est Dominus, quam dulcis Amor, quam castus amplexus, quam mellifluus est Verbi connubium, incessanter elaborat, qualiter Tri-nitatis in se imaginem valeat reformare, incontaminata tenere, & absque macula custodire. Hinc est quod tam sedulū tamque ardenter spiritualibus intendit

182. *Decimosexto*, Fidelis & honestus & æquitatis amans miles, non ægredie fert, si in bello nocturno tractetur à commilitonibus melius & commendius, quam supremus Exercituum Dux & Imperator: & si sit occasio, & videat suum Ducem id expectare, pro eius amore pluribus se subicie incommodes, quam patiatur Dux ipse. Cūni ergo miles Christi Iesu sis, vt ait Apostolus, cur ægredie fers dum male tractaris, & pateris aliquia in hac vita, quæ est militia quædam?

184. *Decimo-septimo*, Aequum est, vt ait Apostolus, nunc saltem ita te exhibere membra tua seruire iustitia in sanctificationem sicut (olim fortè exhibueris) seruire immunditiae & iniquitat ad iniquitatent. Vel si bene vivisti, aequum est, vt tu tam diligenter seruias Deo, sicut dominis suis seruient eorum famili, immē sicut seruient diabolo, & sicut tu fortassis olim ei seruivisti. Seruisci Deo hoc modo: & cur non?

185. *Decimo-octauo*. Species quadam negationis Christi est, Euangelij perfectioiem sponte promissam, non fecisti, eique contraria facere. Qui Euangelij præcepta audit, & non facit, inquit S. Ambrosius, negat Christum: & si verbo fatur, operibus negat. Simile quid de Religiosis assedit S. Augustinus, vel S. Cæsarius (vtrique enim adscribitur hic sermo) Ego hodie qui video esse Monachus, si rupero propositum meum, Christum Cœs. 45, negau. Et si in pace Christum nego, in persecutione tom. 1. quid facerem? Si dum non torqueor, non exorior, dene-gro; si torqueret & exureret, quid facerem? Monache quid ienitium (vel silentium, vel colloquia pia, vel conuersationem cum melioribus) fugis, putas ignem effugere?

186. *Decimonono*. Qui vel ob humanos respectus, vel ob aliquod solatiolum aut commodum suum, omittit aliquod opus bonum supererogationis, facit iacturam quandam ipsius Dei, non quidem tamē qualem adfert peccatum mortale, excludens ex anima Deum, sed maiorem rem impediens ipsius Deitatis acquisitionem. Siquidem dum augtor gratia in iusto, ipsa Dei substan-tia magis vnitur anime, quam antea, tanquam sponsæ sibi tunc cariori, vti & SS. Patres de Sp. &c. & meliores docent Theologii. Ideo sancti Pa-tres & Leo tres Græci, per incrementum gratiæ dicunt iu-l. 2. Pent. flos magis Deificari, quia ipsa substan-tia sanctissimæ Trinitatis (si per impossibile nec in celo & Alen. effet, nec extra iustum) ponetur intimè, reali-